



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Monitiuncula pro secunda formula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

*Monitiuncula pro secunda
formula.*

Qui tenent secundam orandi methodum, & omnia puncta proposita considerant prius, quàm affectus eliciant, poterunt uti formulâ præcedente, ita ut postquam conjunxerint omnes considerationes, veluti nos consequenter deduximus, ut meditationem inde continuam efficiant, colligant, atque etiam continuò & consequenter producant affectus. Id quod perfacile cùm sit, alio hic exemplari, aut formulâ opus esse non existimo.

CAPUT XIIX.

FORMULA TERTIA.

*In qua affectus miscentur considera-
tionibus, quæ est meditatio af-
fectiva.*

Directio erit similis ei, quam posuimus in formula præcedente, postea accipiendo idem peccatum pro subjecto meditationis sic poterit quis procedere.

Punctum I. Horror peccati.

Domine Deus meus, coram te hic horrorem peccati, miserimumque statum, in quem semetipsum peccator conjicit, considerare constitui: Verùm quis illum comprehendere queat, nisi tu Deus docueris illum? quis cognosceret, nisi tu interiorum animæ oculum ape-

De
ratione